

Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 44

In nomine dei omnipotentis et salvatoris nostri Iesu Christi, Cuonradvs dei clementia rex.
Dum utilitatibus ecclesiarum dei pio favore consulimus, morem predecessorum exequimur
regum idque ad emolumentum totius regni a deo nobis commissi congruere liquido
credimus. Proinde noverit omnium sancte dei aecclesiae nostrorumque fidelium presentium
ac futurorum industria, quod auribus nostris allatum est de quodam monasterio, quod
Grandisvallis nuncupatur. Hoc quoque secundum antiquam constitutionem regum per
privilegium constructum et sub ipso privilegio usque ad tempus genitoris nostri in dei
servitio sanctorumque eius constituit bene. Ipsius vero nostri patris culpis exigentibus
cuidam Lvitfrido nomine predictum monasterium concessum est in beneficium. Sed non
post longa tempora non per beneficium, sed per proprietatem in posteram eius progeniem
divisit, que crescens multiplicata prefatum monasterium et eius accendentia destruxit. Tunc
etenim inventa est conventio Ottonis imperatoris et filii sui regis et nostra, ducibus ibidem
presentibus episcopis comitibus multis ceterisque compluribus illic nos percunctantibus, si
monasterium, quod per privilegia constructum est, per manum regiam in proprietatem dari
liceret. Illis cunctis communiter iudicantibus, quod nullatenus licitum esset, consilium
dederunt nobis, ut predicti Lvitfridi filium legaliter ad placitum nostrum vocaremus et per
iudicium fidelium nostrorum ipsam abbatiam per privilegium acquireremus. Quo ita
peracto iudicanti populo ipsam abbatiam et privilegium secundum legem nobis reddidit. Et
nos vero nunc desiderantes predictum monasterium restaurare et omnia illi ab antiqua
constitutione data per hoc nostrum preceptum reddimus. Haec sunt loca et villae ad eundem
locum pertinentes: in ipsa valle capellae duae in honore sancti Stephani et sancti Martini,
villa in Bargensi comitatu que Nugerolis dicitur cum capella sancti Ursicini et cepella
apostoli Petri cum villa vivingen nomine, in eodem comitatu villa summavallis que
censemur cum capella sibi subiecta et alia capella cum villa Thesuenna nomine, capella
sancti Ymerii et Curtis Alerici, Bidericus cum capella, Rokonovillare, [in pago]
Sorne[gauien] se Rendelina curtis cum capella sibi subiecta, vigis cum capella in eodem
comitatu, villa Salevulp [.....] capella Derhore, Zolone villare
cum capella [....]m villare [.....] oni
[.....]emare curtis, Dinouillare capella una et Altafons et in
Curtifaura capella una, Sulcivana vallis cum capella m[.....]iol cum capella
sancti Ferreoli, Chuoua sancti Gisonis, Biuris, Vernetum, in Elisacense Sigoltesheim,
Hogeresheim et in Berematon pratum unum, Cha[.]vanc, [.....]re, Vrenheim, in Palcivalle
Luiperestorf, Mazendorf, Pippa Burgoni capella una, Oingesingin cum ecclesia. Hec omnia
insuper certa ad predictum monasterium in usus et stipendia fratrum ibidem deo
servientium tradimus atque transfundimus, ut nullus successorum nostrorum, nec rex nec
imperator nec dux neque episcopus neque comes nec ulla persona, neque in beneficium
dare neque in prestaria neque alienare potestatem habeat, sed sub omni integritate ad
predictum locum permaneant. Ut autem haec nostri precepti auctoritas firmiore optineat
vigorem, manu nostra confirmando subscriptissimus et de sigillo nostro subtus sigillare
mandavimus.

Signum domni (M.) Conradi regis.

Heidolfus in vice Heinrici cancellarii recognovi.

Data VII id. mar. anno [.....] domini nostri Iesu Christi DCCCCLVII [....] rege.